Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Hinc in specie traditur, feudum secundum
iura feudorum alienatum, censeri secun-
dum propriam naturam alienatum, sic ut
ad foeminas non transeat. Decius. cons.
390. n. 2. Car. Molin. cons. 50. n. 24. 25.
& 26. Menoch. cons. 391. n. 6. in princ.
faciunt. not. Decian. respons. 58. n. 21.
& respons. 72. n. 33. & 34. & respons.
29. n. 36. Vol. 2. faciunt etiam notata
per Joan. Baptist. Vincemala cons.
1. n. 45. in prin. Inter consilia feudalia
uariorum authorum.

Similiter feudum quibuscunq; haeredibus &
successoribus concessum, de more tamen
patriae capacibus non pertinere ad foeminas,
tradit Jacob. de S. Georg. d. Jnues t.
feudal: Verb. Et quibuscunq; n. 2.

Huc pertinet, quod uerba in dubio stant
restrictiue, si Jus commune eo modo
non offendatur. per c. cum dilectq; ext.
de consuetud. l. 2. C. de notat. Rom.
cons. 199. n. 4. Rum: cons. 38. n. 6.
lib. 3. Ceph: cons. 539. n. 93. Quem
admodum hoc casu non solum Jus
commune